



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

57. Redemptoris & Domini &c. Indulgentia Plenaria Perpetua pro
visitantibus aliquam Ecclesiam tam Fratrum quàm Monialium Ordinis
Prædicatorum die 5. Maii Festo S. Pii V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

giata causā, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & inexco-
gitibili defecitu, aut ex alio quovis capite a jure, vel facto, aut statuto, consuetudine, vel pri-
vilegio resultante notari, impugnari, infringi,
retractari, in controveriam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudque quicunque juris, & facti, vel gratia remedium inten-
tari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concesso, vel emanato quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces, existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtine-
re, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quicunque spectabit, inviolabiliter, & incon-
cussè observari; Siquidem, & non alter in præmissis per quicunque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palati Apostolici Auditores, & dicta S. R. E. Cardinales etiam de Lateri Legatos, & Apostolicae Sedis Nuncios, aliove quolibet quicunque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si fecerit super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Apostolice, & in Universaliis, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, & quatenus opus sit, nostra, & Cancellariae Apostolicae Regula de iure quæsto non tollendo, legibus quoque, etiam Imperialibus, & municipali-
bus, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac præ-
scriptionibus quantcumque longissimis, & im-
memorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, &
literis Apostolicis praefatis, & aliis quibusvis personis, etiam quacunque dignitate fulgentibus, & quomodolibet qualificatis a Sede predicta ex quacunque causâ, etiam per viam contractus, &
remunerationis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac quibusvis etiam deroga-
toriarum derogatoriis, alisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expresa, & individua, ac de verbo ad verbum, non au-
tem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis traditi obser-
vata exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac infertia ha-
bentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dimitat spe-
cialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, caterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Cum autem eadem præsentes literæ in su-

prædicta Civitate Januen., aliisve locis dictiori ejusdem Reipublicæ subjectis nequeant tutè pu-
blicari, ut haecenus experientia compertum est, & nobis notoriè constat, prout harum serie de-
claramus: Volumus illas, seu carum exempla
ad valvas Ecclesiæ Lateranen., & Basilicæ Principiis Apostolorum, necnon Cancellariae Aposto-
licæ, Curiaeque generalis in Monte Citorio, & in Aice Campi Flora de Urbe, ut moris est,
affigi, & publicari; siveque publicatas, & affixas,
omnes, & singulos, quos illæ concernunt, pe-
rine arctare, & afficere, ac si unicuique eorum
nominatio, & personaliter intimata fuissent:
Utque ipsarum literarum transumptis, seu exem-
plis etiam impressis, manu alicuius Notarii pu-
blici subscriptis, & sigillo alicuius persona in
Ecclesiastica dignitate constituta munitis eadem
prosuis fides tam in judicio, quam extra illud
ubique adhibetur, quæ adhibetur eisdem præ-
sentibus, si forent exhibita, vel ostense. Datum
Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die
tertia Decembri MDCCXII. Pontificatus Nostræ
Anno Duodecimo.

F. Oliverius.

Mandar
exempla
præcentium
literarum
publicata, &
affixa in Ur-
be omnes ar-
ctare, & affi-
cere, ac si
personaliter
intimatæ
fuissent.

Anno à Nativitate D. N. Iuſu Christi millesimo se-
tingentesimo duodecimo, Indictione quinta, die ve-
rò decima Decembri Pontificatus Sanctissimi in
Christo Patris, & D. N. Clementis Divina Pro-
videntia Papa XI. Anno decimo tertio supradictæ
literæ Apostolicae affixa, & publicatae fuerunt ad
valvas Ecclesiæ Lateranen., & Basilicæ principis
Apostolorum, Cancellariae Apostolicae, Curie Gene-
ralis in Monte Citorio, & in acie Campi Flo-
ra, ac aliis locis solitis, & confutis Urbis, per
me Jacobum Vasellum Apostolicum Curorem.

Pro Mag. Curs. Sebastianus Vasellus.

ANNO
1713.
LVII.

INDULGENTIA PLENARIA

Perpetua pro visitantibus aliquam Ecclesiæ tam Fratrum, quam Monialium Ordinis Prædicato-
rum die v. Maii Festo S. Pii V.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

R Edemotoris, & Domini Nostri Jesu-Christi, qui gloriosos saluberrimorum, quæ Nobis reliquit, exemplorum sectatores altis decoravit honoribus, & Cœlestis beatitudinis consortes ef-
fecit, vices, licet immorti; gerentes in terris, Spiritualium munierum Thesauros, quorum Nobis credita est dispensatio, libenter erogamus, si-
cuit ad excitandam, & fovendam erga eodem Beatos Cœli Incolas Fidelium devotionem, fa-
lubriter expedire in Domino arbitramur. Cum itaque Nos nuper ad honorem Sanctissimæ, &
Individuæ Trinitatis, ad exaltationem Catholice Fidei, & Christianæ Religionis incrementum, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardi-
nalium, ac Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Alma Urbe nostra tunc exi-
tentium consilio, Beatum Pium PP. V. Præde-
cessorem nostrum, qui in minoribus constitutus, religiosam vitam in Ordine Fratrum Prædicato-
rum professus fuit, autoritate Nobis à Domino tradita, Sanctum esse decreverimus, & definivimus, illumque Sanctorum Catalogo solemnari-
tu adscripserimus; Hinc est quod Nos ad augen-
dam Fidelium Religionem, & Animarum salutem, celestibus Ecclesiæ Thesauris pia charitate intenti,

ac de Omnipotenti Dei misericordia, ac Beato-
rum Petri, & Pauli Apostolorum ejus autoritate
confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Chris-
tificidibus, verè pénitentibus, & confessis, ac sa-
cra Communione refectis, qui aliquam ex Ec-
clesiis quorumcumque Conventuum, Monasteri-
orum, & Domorum Regularium tam Fratrum,
quam Monialium Ordini prædicti haec tenus erec-
tis, & in posterum quomodocumque erigendis,
& ubicumque Locorum existentibus, die quinta
Maii Festo ejusdem Sancti Pii à primis Vesperis
usque ad occasum Solis Fetti hujusmodi annis
singulis devote visitaverint, & ibi pro Christia-
norum Principum concordia, hæretum extirpa-
tione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione piæ ad
Deum preces effuderint, quo die id egerint, ple-
nariam omnium peccatorum suorum Indulgen-
tiam, & remissionem misericorditer in Domino
concedimus. Præsentibus perpetuis futuris tem-
poribus valitirus. Volumus autem, ut ipfarum
præsentium literarum transumptis, seu exemplis
etiam impressis, manu alicuius Notarii publici
subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica Di-
gnitate constituta munitis, eadem proorsus fides
habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si
forent exhibita, vel ostenta. Datum Romæ
apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die
13. Januarii MDCCXIII. Pontificatus Nostri
Anno Decimo-tertio.

F. Oliverius.

L V I I I .

C O N C E S S I O

Facultatis Magistro Generali Ordinis Prædicato-
rum Antonino Cloche substituendi, quoad
vixerit tantum, Vicarios Provinciales Mis-
sionariorum ejusdem Ordinis pro erectione Con-
fraternitatum Sanctissimi Rosarii in Tunkini,
ac Sinarum Regnis.

C L E M E N S P A P A X I .

Ad futuram rei memoriam.

Exponi nobis nuper fecit dilectus Filius An-
toninus Cloche Magister Generalis Ordinis
Fratrum Prædicatorum, quod cum dilecti pariter
Filii Religiosi Missionarii dicti Ordinis in Tunkini,
ac Sinarum Regnis ob devotionem Christifideliūm
utriusque sexus erga Sanctissimum Rosarium ab
eo facultatem erigendi, seu fundandi in illis Ec-
clesiis Confraternitates ejusdem Sanctissimi Rosarii
petiissent, ipse Antoninus Magister Generalis,
qui vigore facultatis sibi à Sede Apostolicâ attributa
per se ipsum tantum Confraternitates hu-
jusmodi erigere, ac instituere potest, quæ facilius,
& quam cito pio eorumdem Missionariorum desiderio,
attentâ immensâ illarum Provinciarum distan-
tiâ satisfacere, valeat, facultatem delegandi ad
præmissum effectum Vicarios Provinciales dicto-
rum Missionariorum immediatos Superiores sibi
à Nobis concedi plurimum desiderat; Nobis prop-
tere idem Antoninus Magister Generalis humi-
liter supplicari fecit, ut in præmissis opportune
provideret, & ut infra, indulgere de benignitate
Apostolicâ dignaremur. Nos igitur ipsum Antoninum Magistrum Generalem specialibus favori-
bus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & inter-
dicti, aliisque Ecclesiasticis sententias, censuris, &
penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel
causa latis, si quibus quomodolibet innodatus exif-
tit, ad effectum præsentium dumtaxat conseq-
endum, harum series absolventes & absolutum fore

censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati,
de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Ca-
dinalium Concilii Tridentini Interpretum consilio,
eidem Antonino Magistro Generali, quoad ipse
vixerit dumtaxat, petitam substituendi facultatem
in supradictis Regnis prefatos Vicarios Provinciales
ad præmissorum effectum authoritate Aposto-
lica tenore præsentum concedimus: Ita tamen,
ut ab eo Substituti, seu Deputati alias substitue-
re, vel subdelegare non possint, & quotannis
eundem Antoninum Magistrum Generalem de
Confraternitatibus erectis certiore reddere te-
neantur, ac salva semper in præmissis authoritate
Congregationis eorumdem Cardinalium. Decer-
nentes easdem præsentes literas firmas, validas,
& efficaces existere, & fore, suoq[ue] plenarios,
& integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis,
ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in
omnibus, & per omnia plenissimè suffragari; Sic
que in præmissis per quoscumque Judices ordina-
rios, & delegatos, etiam cauñarum Palatii Apo-
stolici Auditores judicari, & definiri debere, ac
irritum, & inane si fecis super his à quoquam
quavis authoritate scienter, vel ignoranter conti-
gerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac
Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis,
nec non dicti Ordinis etiam juramento, confir-
matione Apostolicâ, vel quavis firmitate alia ro-
boratis statutis; & consuetudinibus, privilegiis
quoque, indultis, & literis Apostolicis in con-
trarium præmissorum quomodolibet concessis,
confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus,
& singulis, illorum tenores præsentibus pro
plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad ver-
bum insertis habentes, illis alias in suo robore per-
mansuris, ad præmissorum effectum hæc vice dum-
taxat specialiter, & exprefse derogamus, cateris-
que contrariis quibuscumque. Volumus autem,
ut earumdem præsentium literarum transumptis,
seu exemplis etiam impressis manu alicuius Nota-
rii publici subscriptis, & sigillo Persona in digni-
tate Ecclesiastica constituta munitis eadem proorsus
fides in iudicio, & extra adhibeat, quæ ipsis
præsentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel
ostenta. Datum Romæ apud S. Petrum sub Anna-
lo Piscatoris die XVIII. Februarii MDCCXIII.
Pontificatus Nostri Anno decimo-tertio.

F. Oliverius.

C O N C E S S I O

Facultatis Magistro Generali Ordinis Prædicato-
rum erigendi in Sinarum Regnis unam pro
Viris, & alteram pro Mulieribus Confraterni-
tatem Sanctissimi Rosarii in eodem Loco cum
declaratione quod tam Viri, quam Mulieres
ejusdem Sanctissimi Rosarii Indulgentiis in eo-
rum respective Ecclesiis frui possint.

C L E M E N S P A P A X I .

Ad futuram rei memoriam.

Exponi nobis nuper fecit dilectus Filius Anto-
ninus Cloche Magister Generalis Ordinis Fra-
trum Prædicatorum quod cum in Sinarum Regnis
inviolabilis mos vigeat, quod Ecclesiæ Chrifti-
delium, tam respectu situs, quam Mulierum, inter-
eas, & Viros distinguuntur, ita ut nec Viri ad ea-
rumdem Mulierum Ecclesiæ, nec prædictæ Mulie-
res ad illas Virorum accedere valeant, ipse Antoni-
nus Magister Generalis, ne Mulieres hujusmodi à
participatione Indulgentiarum Sanctissimi Rosarii
cujus Confraternitates in Ecclesiis Virorum
erigi.

L I X .